

1599

## C O D I C E S

1600

**Ut in Exemplo Vol. I. P. III. col. 3090. relato. 4) Iconismus cherubicus sexalatus ad Librum Alani de Insulis de sex Alis Cherubim, ni fallor, delineatus, et Virtutum Officiis inscriptus.**

**DCLXXX.**

**U. 193** Codex membraneus lat. Sec. XIV. Folior. 106. 4. per duas columnas nitide scriptus, rubro distinctus, et olim datus pro libraria collegij Ducalis a M. Paulo Tropawer de Wienna, quem a. 1429. Facult. Philos. Decanum invenio, continet: I. ut in calce notatur, Summam Viciorum IX. Partium, quarum prima de hijs que valent ad detestacionem vicij in communi, postrema de peccato lingue, intermediae de VII. Peccatis agunt, quae vulgo Capitalia

*Mens cognoscendo dotatur amando ferendo.*

*Est subtile scitum (cicum) clarum corpus paciens nil &c.*

II. fol. 101. *Incipit tractatus Magistri Alani de Sex alis cherubyn. Ita: Prima ala est confessio. Confessio duplex est. confessio laudis. Vnde dicitur. confitemini domino &c. Abest igitur Figura Cherub et ejus expositio, quas videre et legere possis in Editione Vienniana Operum Alani ab Insulis Ord. Cist. Sec. XII. Scriptoris Flandri, Antverpiae. 1654. p. 173. f. Opusculum vero ipsum habetur etiam inter Dubia Bonaventurae, cui a quibusdam olim tributum fuerat, Edit. Lugd. 1668.*

dicuntur. Praemisso Indice chartaceo, qui serius accessit, initium est: *Dicturi igitur de singulis viciis cum oportunitate se offerret, vel quia locus se offert &c. Autor non memoratur; est vero Guil. Peraldus O. P. qui circa an. 1250. vivere desit, et praeter nostram etiam Virtutum Summam dedit, ut pluribus habes T. I. Scriptt. Ord. Praed. p. 131. Utramque jam Vol. I. indicavimus. Praesens Exemplar collatum cum eleganti Edit. Antwerp. 1571. 8. aliquanto imperfectius inventum est. Habet ad calcem Caput aliquod de gaudiis celorum hoc initio: Ultimo celorum gaudia sub epylogo numeremus, non quidem singula generum sed genera singulorum &c. quod quo pertineat, ignoro, non sane luc. Continet 11. Versus:*

T. VII. p. 643. Adi Biblioth. Cist. Viennae p. 12.

III. fol. 103. p. 2. ab eadem manu occurunt: *De Passione Domini cento e Patribus, De Nativitate Domini, de VII. Verbis beate Virginis, de Confessione, et de Cena Domini Homiletica &c.*

**DCLXXXI.**

Codex membraneus lat. Sec. R. 3160 XV. Folior. 141. 4. probe scriptus, rubricis distinctus, et hac Nota